

**DIE 28 DECEMBRIS**

**SS. INNOCENTIIUM MM.**

**AD II VESPERAS**

**SCHOLA GREGORIANA SILESIENSIS**



**DIE 28 DECEMBRIS**  
**SS. INNOCENTII MM.**  
**AD II VESPERAS**

*I Ant. Ib*



Tecum princí- pi- um. *Ps.*: Di-xit Dóminus. E u o u a e.

*Psalmus 109*

**D**ixit Dóminus Dómino me-  
o: \* sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, \*  
scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet  
Dóminus ex Sion: \* domináre in  
médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die vir-  
tútis tuæ in splendóribus sanctó-  
rum: \* ex útero ante lucíferum  
génui te.


Iurávit Dóminus, et non pæni-  
tébit eum: \* Tu es sacérdos in  
ætérum secúndum órđinem  
Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \*  
confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natió nibus implé-  
bit ruínas: \* conquassábit cápita  
in terra multórum.

De torrén te in via bibet: \*  
proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.




Tecum princí- pi- um in di- e virtú- tis tu- æ in splendó- r-ibus



sanctó- rum: ex ú- te- ro ante lucí- fe- rum génu- i te.

2 Ant. VIIa



Redempti- ónem. Ps.: Confi-tébor. E u o u a e.

Psalmus 110

**C**onfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: \* in consílio iustórum, et congregátione.

Magna ópera Dómini: \* ex-quisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: \* et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserá-tor Dóminus: \* escam dedit tíméntibus se.

Memor erit in sæculum te-staménti sui: \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hereditátem Gén-tium: \* ópera mánuum eius véri-tas, et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sæculum sæculi, \* facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: \* mandávit in ætérnum testaméntum suum.


Sanctum et terríbile nomen eius: \* inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: \* laudátio eius manet in sæculum sæculi.

Glória Patri.




Redempti- ónem misit Dóminus pópulo su- o: mandávit in æ-tér-



num testamén-tum su- um.

3 Ant. VIIb



Exór- tum est. *Ps.*: Be-á-tus vir. E u o u a e.

Ps. 111

**B**eatus vir, qui timet Dómi- num: \* in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen e- ius: \* generátio rectórum benedi- cétur.

Glória et divítiae in domo e- ius: \* et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* miséricors, et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo, qui miserétur et cómodat, † dispónet sermó- nes suos in iudício: \* quia in

ætérum non commovébitur.

In memória æténa erit iu- stus: \* ab auditióne mala non timébit.

Parátumcor eius speráre in Dómino, † confirmátum est cor eius: \* non commovébitur donec despíciat inimícos suos.


Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in sæculum sæculi: \* cornu eius exaltábitur in glória.

Peccator vidébit, et irascé- tur, † déntibus suis fremet, et tabéscet: \* desidérium peccató- rum períbit.

Glória Patri.



Exór- tum est in téne- bris lumen rectis corde: misé-ri-cors, et mi-



se-rá-tor, et iustus Dóminus.

4 Ant. IVb



Apud Dóminum. Ps.: De pro-fúndis. E u o u a e.

Psalmus 129

**D**e profúndis clamávi ad te, Dómine: \* Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustínui te, Domine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israel in Dómino.


Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel, \* ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri.




Apud Dóminum mise-ri-córdi- a: et co-pi- ó- sa apud e-um red-



émpti- o.

5 Ant. VIIIa



De fructu. Ps.: Memento, Dómine. E u o u a e.



Vidi supra montem Sion  
Agnum stantem, et cum eo  
centum quadraginta quatuor  
millia habentes nomen eius et  
nomen Patris eius scriptum in  
fróntibus suis.

Widziałem, a oto Baranek  
stał na górze Syjon, a z  
nim sto czterdzieści i cztery  
tysiące mających imię jego i imię  
Ojca jego napisane na czelech  
swoich.

### Hymnus III



1. Hostis He-ródes ímpi- e, Christum vení- re qui times? Non é- ri-



pit mor-tá-li- a, Qui regna dat cæ-lésti- a.

2. Ibant Magi, quam viderant,  
Stellam sequentes præviam:  
Lumen requirunt lumine,  
Deum fatentur munere.

4. Novum genus poténtiæ:  
Aquæ rubescunt hýdrie,  
Vinúmque iussa fúndere,  
Mutávit unda originem.

3. Lavácula puri gúrgitis  
Cæléstis Agnus áttigit:  
Peccáta, quæ non détulit,  
Nos abluendo sústulit.


5. Glória tibi, Dómine,  
Qui apparuísti hódie,  
Cum Patre et Sancto Spíritu,  
In sempitérna sæcula. Amen.

Ÿ: Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti.

℞: Et gloriámini, omnes recti corde.



*Ad Magn. Ant. II*



Innocéntes. C.: Magní- ficat. E u o u a e.

**M**agníficat, \* ánima mea  
Dóminum

Et exsultávit spíritus meus \* in  
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem  
ancillæ suæ: \* ecce enim ex hoc  
beátam me dicent omnes gene-  
rationés.

Quia fecit mihi magna qui  
potens est: \* et sanctum nomen  
eius.

Et misericórdia eius a progé-  
nie in progénies \* tíméntibus  
eum.

Fecit poténtiam in bráchio  
suo: \* dispérsit supérbos mente  
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et  
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum su-  
um, \* recordátus misericórdiæ  
suæ.

Sicut locútus est ad patres  
nostros, \* Abraham, et sémini  
eius in sæcula.

Glória Patri



Innocéntes pro Christo infántes oc-cí-si sunt: ab iníquo rege



lacténtes inter-fécti sunt: ipsum sequúntur Agnum sine má-cula,



et dicunt semper: Gló-ri- a ti- bi, Dómine.

℣: Kyrie eleison.

℞: Christe eleison. Kyrie eleison.

℣: Pater noster *secreto usque*: Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞: Sed líbera nos a malo.

℣: Dóminus vobiscum.

℞: Et cum spíritu tuo.

℣: Orémus.

*Oratio*

**D**eus, cuius hodiérna die  
præcónium Innocéntes  
Mártyres non loquendo, sed  
moriendo conféssi sunt: ómnia in  
nobis vitiórum mala mortífica; ut

fidem tuam, quam lingua nostra  
lóquitur, étiam móribus vita  
fateátur. Per Dóminum nostrum  
Iesum Christum Fílium tuum,  
qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum.

℣: Dóminus vobiscum.

℞: Et cum spíritu tuo.

℣: Benedíctio Dei omnipoténti: ✠ Patris, ✠ et Fílii, ✠ et Spíritus  
Sancti descéndat super vos, et máneat semper.

℞: Amen.



Benedi-cámus Dó- mi-no. ℞ De-o grá- ti- as.



stowarzyszenie: schola  
gregoriana  
silesiensis

